

## [Liber nonus]

[fol. 187v° b]

**INCIPIT LIBER NONVS DE MVLIERE MERETRICE ::: \***

**Et**<sup>1</sup> uenit unus ex septem angelis habentibus fialas, et locutus est mecum dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magne, sedentis super

*[La partie inférieure du folio a été coupée pour prélever une image représentant La Grande Prostituée de Babylone et les rois (Ap 17 1-3).]*

[fol. 188 a] *aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terre, et inebriati sunt qui habitant terram de uino fornicationis eius. Et pertulit me in heremum in spiritu [Ap 17,1-3].*

**INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE ::**

**Et**<sup>1</sup> uenit unus ex septem angelis, habentibus fialas, et locutus est mecum dicens : Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magne sedentis<sup>2</sup> super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae, et inebriati sunt, qui habitant terram de uino fornicationis eius [Ap 17,1-2]. Hanc mulierem supra in prologo

*[La suppression de l'image qui était insérée au verso de ce folio a fait disparaître une partie du texte restituée ici d'après l'édition de Sanders (p. 555-556) :]*

ecclesiarum aperte et plenius exposuimus, quae esset. haec mulier iniquitatis est opera, quem in populo exercet, quae dicitur bestia super quam et sedere cognoscitur, cum qua et reges terrae fornicare creduntur. reges terrae sunt, qui corpora sua non regunt, sed in voluptatibus suis ambulare delectantur. **3** et haec mulier non solum malos sed etiam bonos pertrahendo propinat. poculum aureum habet in manu, quia falsitatis sanctitatem simulat, in manu operatio dicitur. aliquando enim in auro sapientia intellegitur. **4** super aquas multas sedere dicitur, quia per totius mundi populum iniquitatis suae opera dilatata tenetur. aquae enim multae populi sunt, sicut scriptum est : *aquae enim multae, quae vidisti, super quas meretrix illa sedet, populi sunt et nationes. et pertulit me in eremum in spiritu [Ap 17,15, 3].* **5** eremum dicimus desertum, ubi a nullo

---

\* **LÉGENDE : Caractères rouges :** ● Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. ● Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. ● Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

**Caractères noirs :** ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. ● Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. ● Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. Initiale rehaussée de couleurs en partie entrante sur deux lignes.
2. s final ajouté d'une autre encre.

[fol. 188 b] cultore laboratur. In heremo dicit se mulierem uidisse, eo quod in populo mortuo et a Deo deserto sedeat. Hęc mulier, id est corruptela et opera mala.

Quod autem dicit pertulit me in spiritu, hoc est quia non nisi ab spiritualibus et catholicis haec opera deprehenditur. Spiritualis enim, carnalem deprehendit, quia non carnalis carnalem, cum et membra sibi non possunt esse contraria. Sed quia hęc plaga spiritualis est, cum dicit mulierem pretiosae ornatam, id est simulatione Christianitatis cooperta, deintus immunditiae iniquitatis plenam, aperte cognoscitur ab

*[Le texte supprimé en bas de page est ici restitué d'après l'édition de Sanders (p. 556-557) :]*

spiritualibus reprehendi, cum in spiritu se memoret transtulisse.

#### STORIA DE EADEM MULIERE ET BESTIA

T. 17. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nomen blasphemiae, habentem capita septem et cornua decem. 4 et mulier erat circumdata purpura et cocco, et adornata auro et lapide pretioso et margaritis, et habebat poculum aureum in manu sua, plenum abominationum et immunditiarum fornicationis eius; 5 et in fronte eius nomen scriptum; mysterium, Babilon magna mater fornicationum et execrationum terrae. 6 et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, et sanguine martyrum Iesu. et miratus sum videns eam admiratione magna. 7 et dixit mihi angelus: quid miratus es? ego tibi dicam mysterium mulieris, et bestiae portantis

[fol. 188v° a] eam habens capita septem et cornua decem, et bestia quam uidisti fuit et non est, futura descendere de abyso et in perditione irae, et mirabuntur qui habitant in terra, quorum non est scriptum nomen in libro uitae a constitutione mundi, uidentes bestiam, quoniam fuit et non est et uentura erit.

Hic est sensus qui habet sapientiam.

Septem capita, septem montes sunt ubi mulier sedet super eos, et reges septem sunt quinque ceciderunt unus est alius nondum uenit. Et cum uenerit, modicum eum oportet manere. Et bestia quę fuit et non est, et ipsa octaua est, et ex septem [fol. 188v° b] est, et in perditionem uadit. Et decem cornua quę uidisti decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem quasi reges una hora acceperunt post bestiam. Hi unam sententiam habent et uirtutem et potestatem suam bestiae dant<sup>3</sup> [Ap 17,3-13].

*[La partie inférieure de ce folio 188v° devait être occupée par l'image de La Femme sur la Bête (Ap 17, 3b-13), qui a été coupée.]*

[fol. 189 a]

#### INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE : 4

Et<sup>5</sup> uidi mulierem sedentem super bestiam [Ap 17,3]. Hic ostenditur bestiam populos esse. Promisit enim ostendere sedentem super aquas multas; bestia<sup>6</sup> et

3. La fin de la colonne a été laissée vide.

4. storiæ écrit à la fin de la ligne suivante.

5. Initiale rehaussée de couleurs en partie entrante sur deux lignes.

6. bestiam corr. en bestia.

aquæ <sup>7</sup> unum sunt id est populus. Corruptelam dicit sedere super populos in heremo. Meretrix, bestia <sup>8</sup> et heremum unum sunt, <sup>9</sup> adictum <sup>10</sup> est, corpus est aduersarius agno, id est corpus diaboli, qui sunt omnes mali, in quos diabolus se transfiguratur in angelum lucis, et nuncupatur alio nomine diabolus. Nunc populus accipiendus est, quod hoc <sup>11</sup> totum una ciuitas Babilon est. **Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam** [Ap 17,3]. Id est peccatricem, cruentam, *plenam omni blasfemia* <sup>12</sup>; ostendit multa nomina esse in bestiam, *habentem capita septem et cornua decem* [Ap 17,3]. Id est habentem reges mundi et regnum, cum quibus uisus est diabolus in celo, id est in Ecclesia.

**Et mulier erat circumdata purpura et cocco adornata auro et lapide pretioso, et margaritis** <sup>13</sup> [Ap 17,4], id est omnibus inlecebris et simulate ueritatis ornata ostenditur, quia de foris Christianitas uidetur. Quid sit denique intra hanc pulchritudinem mulieris, sic exponit dicens : **Et habebat calicem auream in manu sua plenum abominationum et inmunditiarum fornicationum eius** [Ap 17,4].

Aurum plenum inmunditiarum, ypocrisis est, id est simulatio sanctitatis, quia a foris quidem parent hominibus iusti, intus autem pleni sunt omni inmunditia. **Et in fronte eius nomen scriptum, misterium. Babilon magna mater fornicationum et execrationum terrae** [Ap 17,5]. [fol. 189 b]

Nulla est superstitio, id est superflua falsitatis religio, que in frontem det signum nisi ypocrisis, id est simulatio sanctitatis. Spiritus autem retulit, quid sit scriptum in frontem mulieris. Habebat, inquit, Babilon magna, id est confusio grandis. Hec est misterium dixit, id est sacramentum, ut aperte cognoscas in Ecclesia magnum malum esse factum. Nam quis talem titulum aperte in frontem inponat, misterium enim dixit esse quod spiritaliter interpretatum est.

**Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et sanguine martirum Ihesu** [Ap 17,6].

Duo populi sunt aduersarii Aecclesie, qui uidentur membra diaboli esse, uni sunt foras Aecclesia infideles, alii intra Ecclesiam quasi fideles. Vnum est enim corpus aduersum intus ac <sup>14</sup> foris. Quod licet uideantur loco et habitu separati, in commune tamen spiritu operantur. Impossibile est enim ut iustum alter occidat, nisi qui se Christianum simulat. Impossibile est enim prophetam pati praeter Iherusalem est interpretatum uisio pacis. Ergo Iherusalem est congregatio maligna, que est Christianitas falsa, que hic pacem habet, quia futuram non sperat. Ipsa est Iherusalem que occidit prophetas, id est predicatorum, qui illi <sup>15</sup> futura denuntiant. Sic pro nepotibus <sup>16</sup> prauorum <sup>17</sup> Zacchariam <sup>18</sup> lapidasse

---

7. aquas corr. en aquæ.

8. e final corr. en a.

9. bestia autem gratté après sunt.

10. a initial précédé d'un autre a ajouté dans la marge d'une autre encre.

11. in hec corr. en hoc.

12. omnis blasfemię corr. en omni blasfemia.

13. as final corr. en is.

14. hac corr. en ac.

15. illis corr. en illi.

16. nepotis corr. en nepotibus.

17. sensu gratté après prauorum.

18. e final corr. en am.

accusantur, cum ipsi non fecerint. Sed haec lapidatio dicta est, que nunc in Aecclesia geritur.

**Et miratus sum uidens eam admiratione magna, et dixit michi angelus.**

**Quid miratus es? Ego tibi dicam mis-[fol. 189v° a]-terium mulieris et bestiae portantis eum<sup>19</sup>, habentis capita septem et cornua decem. Et bestia quam uidisti fuit, et non est, ut futura est ascendere de abyssu, et in perditione irae [Ap 17,6-8].**

Bestia inquit quam uidisti fuit et non est; id est capud<sup>20</sup> uelud<sup>20</sup> occisum qui sanctitatem simulat. Fuit et non est, quia<sup>21</sup> aliquando ypocrite et simulatores fuerunt cum malo populo uni, que est capud uelud<sup>20</sup> occisum bestiae<sup>22</sup>, et mortui sunt. Et modo ipsi sunt, quia de malis mali nati sunt immitando malos. Hec est bestia que fuit et non est, qui iam mortui sunt et non sunt. Quia bestia qua<sup>23</sup> uidisti ipsi mali sunt, et isti moriuntur, et alii uenturi sunt, et de abyssu surrecturi sunt, id est de occulto populo, qui adhuc non uidentur quales futuri sunt. Hec est bestia que fuit et non est et uentura est. Duas bestias dixit, unam cum duobus cornibus que est simulatio sanctitatis, quam<sup>24</sup> capud uelud<sup>20</sup> occisum dicit, alteram cum septem capitibus<sup>25</sup>, que est omnis omnino populus. De ista ergo sic dicit, *bestia fuit et non est, et futura est ascendere de abisso, et in perditionem ire* [Ap 17,8], id est nasci et mori, et ex populo malo nasci, ut posset dicere bestia ex bestia. Iam supra diximus sanctis<sup>26</sup> nasci ex sanctis<sup>27</sup> imitando sanctos, et malos<sup>28</sup> nasci ex malis<sup>27</sup> imitando malos.

Non carne nascendo, sed per opera imitando. cum et carnaliter bonos fi-[fol. 189v° b]-lios uidemus nasci de malis<sup>27</sup> etiam martyres, et malos filios uidemus nasci de bonis<sup>27</sup> etiam interfectores martirum<sup>29</sup>. Nascitur ergo bestia ex bestia, imitando bestiam<sup>30</sup> aut abyssu ex abisso. Iugem aduentum et interitum dixit bestiam<sup>30</sup> ex bestia nasci<sup>31</sup> et in perditione euntem<sup>32</sup>. Sicut et pars unde nata est que iam non est, sic fit ut et non sit et ascendat ex superstite et in perditionem uadat, sicut patres sui de quibus ascendit, et iam non sunt. **Et mirabuntur qui habitant in terra, quorum non est scriptum nomen in libro uite a constitutione mundi, uidentes bestiam que fuit et non est, et uentura erit** [Ap 17,8]. Mirabuntur inquit habitantes terram, id est terreni, qui non celestes habitantes in celo, id est in Ecclesia sanctorum, dictum est celum es, et in celum ibis. De eis<sup>27</sup> dictum est: mirabuntur habitantes terram, cum ipsa bestia que fuit et non est et ascendit de abyssu, et in perditionem uadit. Sicut habitantes in terra et ipsa bestia miretur alteram bestiam que fuit et non est et uentura est. Sed sinoninimam diuidit

19. eam corr. par erreur en eum, par u suscrit avec tilde, sans suppression du a.

20. t final corr. en d.

21. a ajouté en interligne.

22. a corr. en æ.

23. qua corr. en quæ.

24. quem corr. en quam.

25. capita corr. en capitibus.

26. s final ajoutée d'une autre encre.

27. os corr. en is.

28. mali corr. en malos.

29. em final corr. en um.

30. Tilde ajouté d'une autre encre.

31. nascentis corr. en nasci.

32. euntis corr. en euntem.

intellectum. Nam supra dixit mulierem super *bestiam, quam uidisti fuit et non est et uentura est* [Ap 17,8]; hæc sinonminimam ut diximus confundit intellectum. Sinonminima est, cum una res dissimilibus uerbis dicitur. Nam bestia super quam mulier sedet, et habitantes terram unum est, et ipsa est hæc que fuit et non est et uentura est et nascitura est ex bestia et in perditionem itura est. Ac si aperte diceret. Mortui sunt qui mali sunt, et in inferno missi sunt, [fol. 190 a] et ex ipsis alii nascuntur, qui moriuntur et in perditionem uadunt, id est in infernum mittuntur. Infernus enim perditio animarum est. Et mirabitur bestia uidens alteram bestiam, que fuit et non est et uentura est.

Ac si diceret quales illi Christiani fuerunt qui mortui sunt, tales et isti qui uiuunt, qui sub nomine Christianitatis Christum nobiscum adorauerunt, et Christum in membris occiderunt, et isti Christum nobiscum adorant, et Christum in membris suis occidere non formidant. Illi qui cum Christo nominant, Christum adorare se extimant, sed in uocabulo Christi bestiam adorant, id est patres suos quos in opere imitantur, quos in exemplo caput habent, in cuius corpore et isti coniuncti sunt. Corpus ergo miratur capud<sup>33</sup>, id est bestia que fuit et non est et nascitur, miratur dicens: Quoniam fuit bestia et non est et uentura est. In illa autem operatione<sup>34</sup> erroris insensati qui<sup>35</sup> fatiunt, uocem<sup>36</sup> publicam<sup>36</sup> mirantur nobiscum, Dominum Ihesum Christum uidentes quoniam fuit et occisus est et uenturus est. Sed spiritus relatione uident bestiam, quare hoc ordine catholico mediatorem Christum in ore suorum resonant. Re uera sciunt Dominum fuisse et occisum esse et uenturum, sperant et glorientur in eius nomine, et sciunt Christum facere signa et prodigia et uirtutes magnas. Sed neque illi Christum cognoscent, neque Christus illos.

Ipsa Domini dicente, uirtutes magnas in nomine eius alligantibus. Numquam [fol. 190 b] uos cognoui, qui operamini iniquitatem, quod<sup>37</sup> manifestum est omnes pseudosacerdotes et ypocritas non Christum uiderent, sed bestiam que<sup>38</sup> illis hanc inuenit deceptionem. et sub nomine Christi carismatum, id est sacerdotii ordinem et uirtutum ipsi<sup>39</sup> seduti<sup>40</sup> secure peccent et delinquant<sup>41</sup>. Nullo modo sine amore Dei tantas uirtutes potuisse facere arbitrantes cum dicant:

Quis baptizauit<sup>42</sup> illum et illum, quis sacrauit<sup>42</sup> illam et illam uirginem?

Quis sanctificauit<sup>42</sup> illud<sup>37</sup> et illud<sup>43</sup> templum?

Quis illum et illum sacerdotem ordinauit<sup>42</sup>, nisi nos? non potuerat ita esse sanctum nisi a nobis fuisset esse sanctificatum. Et ideo inter se quicquid in cubiculis fatiunt Christi<sup>44</sup> esse uirtutum signorumque<sup>45</sup> adserunt testimonio.

---

33. t final corr. en d.

34. i final corr. en e.

35. quae corr. en qui par grattage et i suscrit.

36. tilde ajouté d'une autre encre sur la lettre finale.

37. d final ajouté en interligne d'une autre encre.

38. qui corr. en que.

39. ipse corr. en ipsi.

40. ti écrit en interligne au-dessus de lettres grattées.

41. Sic.

42. uit écrit d'une encre plus claire.

43. illum corr. en illud d'une autre encre.

44. um final corr. en i.

45. que final corr. en q:.

Duę sunt ergo bestiae de quibus dixit, fuit et non est. Abissus que<sup>46</sup> est populus uel habitantes<sup>47</sup> terram, miratur uidens bestiam, que<sup>48</sup> fuit et non est et uentura est. Vna est que nascitur ex abysso, altera que speratur nasci.

**Hic est sensus qui habet sapientiam.**

**Septem capita, septem montes sunt ubi mulier sedet super eos et reges septem sunt** [Ap 17,9].<sup>49</sup> Descripta bestia quam p̄sens miratur et sperat, describit et ipsa que miratur. Et quia duę sunt una que miratur, et altera que miratur, Id est una que<sup>50</sup> fuit et transiuit et non est et altera [fol. 190v° a] que est et miratur ipsaque transibit, id est uiuet in ipso opere que illa uixit. *Septem, inquit, capita, septem montes sunt ubi mulier sedet super eos. Et reges septem sunt* [Ap 17,9]. Isti septem montes quid aliud sunt nisi septem uitia ? id est fornicatio, filargiria, ira, tristitia, accidia, uana gloria, et superbia. Et reges septem sunt, quia ubi hęc uitia principatum<sup>51</sup> tenent, reges et ipsi dicuntur, quos possident. Septem enim perfectum numerum dicimus, quem<sup>52</sup> et in ebdomadis septenarii<sup>53</sup> numeri<sup>53</sup> esse uidemus. Super hos septem montes sedet mulier illa, id est iniquitatis opera. **Que** cum omnes iniquitates ad unum malum confluunt, una mulier esse dicatur. Ut quasi multa membra unum corpus efficiunt, ita omnium operum malorum inmunditia et effeminata conscientia una mulier esse dicitur<sup>54</sup>. Denique<sup>55</sup> et in sexto libro de his<sup>56</sup> septem monte<sup>57</sup> et septem reges iam diximus, sed de hac muliere tacuimus, cum et in istoria tractando eam minime inuenimus.

In eo libro tres bestias diximus ascendentes, unam de abysso alteram de mari, tertiam de terra. In hoc libro diximus et *uidi mulierem sedentem super bestiam que fuit et non est et uentura est* [Ap 17,3, 8]. Apertissime ostenditur quia illæ<sup>58</sup> tres bestiae<sup>58</sup> et ista quarta non sunt quatuor, sed ipsa una est. Et quattuor sunt, sed in offitio [fol. 190v° b] et in opere<sup>59</sup> corpus est unum. Et mulier quam<sup>60</sup> diximus in illas tres est, quia ipsa iniquitas est, sed pro locis in ista sola declaratur. In illo libro sexto diximus sp̄tialiter septem montes, in quibus mulier meretrix sedet, id est ciuitas Romana. *et reges septem sunt, quinque ceciderunt, unus est, alius nondum uenit. Et dum uenerit, modico tempore oportet eum perseuerare* [Ap 17,10] ; in quo libro nomen et notam Antichristi expressimus. In hoc libro mulierem corruptelam dicimus, quam<sup>60</sup> in illo libro ciuitatem Romanam nominauimus, illuc sp̄cialiter septem montes, hic uero septem uitia. Illuc sp̄cialiter septem

46. qui corr. en que.

47. tis final corr. en tes.

48. quem corr. en que.

49. Le passage suivant de Descripta à septem sunt ne figure ni dans le texte, ni dans les notes de l'édition de Sanders.

50. qui corr. en que.

51. Lettre grattée entre pa et tum, remplacée par un trait de liaison.

52. quos corr. en quem

53. o final corr. en i.

54. dicatur corr. en dicitur.

55. ni ajouté en interligne.

56. hos corr. en his.

57. h ajouté d'une autre encre, puis exponctué.

58. as final corr. en æ.

59. nam gratté avant corpus.

60. quem corr. en quam.

reges, hic uero hos <sup>61</sup> spetialiter reges, cum ipsis uitis disseremus, ut spiritualiter et carnaliter miscendo tempus pręteritum, praesens <sup>62</sup> et futurum, aperte declaremus. Fręquenter diximus in unaquaque <sup>63</sup> spetiae genus ostendere. Nam quod omnis bestia, hoc septem capita ; denique septem capita et septem montes dixit esse, et septem reges, id est omnem omnino populum et omnes reges, id est omnes superbi, et montes idem ipsius superbi. Omnia hęc populi sunt, id est ipsa bestia. Hoc argumentum, manifestum credas esse quod diximus. Dixerat enim mulierem super bestiam sedere, nunc dicit septem montes ubi mulier sedet. Illa ergo capita, omnis populus est, et omnes reges.

Ipsa est bestia, super quam sedet cuncta inmunditia. Sicut autem in septem Eccclesiis spetialiter nominatis totam Eccclesiam [fol. 191 a] breuiauit <sup>64</sup>, ita in septem regibus quos specialiter ostendit omnes omnino reges, in hoc septem comprehendit. Et non solum regibus qui populis pręlati regnant, sed omnes omnino hos dicit in quibus uitia regnant.

Quos reges qui caput esse dicuntur membra recognoscant, in quorum corpore copulantur. Sicut dicit : **Quinque, inquit, ceciderunt, unus est, alius nondum uenit. Et cum uenerit, modicum oportet manere** [Ap 17,10]. Vsque in tempus quo haec Iohanni reuelata sunt, quinque reges cęderunt, sextus fuit Nero, sub quo haec uidit in exilio.

Nam computamus a primo rege qui in regno Romanorum primus sumpsit diadema, id est primus inposuit in regno Romano in capite coronam, testantur enim scripturę Machabeorum, nullus <sup>65</sup> Romanorum primus accepisse purpuram uel diadema etiam cum iam Gallia potirentur.

Qua possessa, accepit Gaius Iulius Cęsar, primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, a quo Cęsares Romanorum principes appellati sunt. Secundus Cęsar fuit filius sororis Iulii, Octauianus nomine, qui aetiam Augustus nominatus est ; sub quo natus est Dominus Ihesus Christus, anno regni sui quadragesimo primo. Ab his duobus Iulio et Augusto Iulius et Augustus menses nomina acceperunt, qui antea unus Quintilis, alter Sextilis dicebatur <sup>66</sup>. Ter-[fol. 191 b]-cius Tyberius, sub quo passus est Dominus. anni ymperii eius quinto decimo, in quo anno aetiam ad baptisma uenit.

Anno uero primo post babtismum, discipulos diuinis imbuens sacramentis. In quo anno, exordium suę <sup>67</sup> praedicationis adsumens, usque ad tricesimum quartum annum prędicasse probatur. Secundo anno post baptismum, mirabilia quę in Euangelio sunt fecit.

Tertio uero expleto <sup>68</sup>, quarto <sup>69</sup> anno incipiente, pro nostra salute se subpendit passioni. Quartus Claudius, sub quo famis in Actibus apostolorum scribitur.

Quintus Galba qui regnauit annis <sup>70</sup> tribus <sup>71</sup> et mensibus <sup>71</sup> sex. Sextus, Nero.

---

61. h ajouté en interligne.

62. s final écrit sur des lettres grattées.

63. unaqueque corr. en unaquaque.

64. breuiabit corr. en breuiauit.

65. nullum corr. en nullus.

66. n gratté avant tur ; trou dans le parchem après tur.

67. Deux lettres grattées en début de ligne avant praedicationis.

68. explicito corr. en expleto.

69. in gratté avant quarto.

70. annos corr. en annis.

Septimus Otto, de quo dixit nondum uenit, ut cum uenerit modicum eum oportet manere, qui est figura reuelationis Antichristi. Nam regnabit mensibus<sup>71</sup> tribus<sup>71</sup> et diebus<sup>72</sup> sex, qui sunt anni tres et menses sex. Nam primus de Romanorum regibus<sup>73</sup>, Nero fecit martiria post passionem Domini in Petro et Paulo apostolis ; qui etiam Nero Antichristum prefigurauit pro eo quod cum a Senatu quereretur ad penam, e Palatio fugiens ad quartum urbis miliarium, in suburbano, liberti sui inter Salariam et Nomentanam<sup>74</sup> uiam semetipsum interfecit anno etatis suae tricesimo secundo, atque in eo omnis Augusti familia consumpta est, in quo Nerone siue in annorum supputatione etatis sue, siue in principatu Augustorum consumpto, siue et sibimedipsi [191v<sup>o</sup> a] facere interfectionem in tota eius actione, Antichristum facere recognosce. Post Neronem uero Galba in Iberia, Oto in Roma imperium arripuerunt. Galba septimo mense imperii sui, in medio Romanę urbis foro, capite truncatur. Oto, tertio regni sui mense, apud Veteria cum propria manu occubuit, sicut et Nero. Vitellius ab Vaspanis ducibus occisus, in Tiberim flumine proicitur. Hos duos Galbam, et Vitellium, in sexto libro nominauimus, ubi et septem reges diximus. Ita in hoc libro septem iterum reges quos descripsimus, quos non sine ratione, quia in eorum uita et fine Antichristum prefigurasse cognoscimus.

Et hos septem reges, septem capita bestię nominamus, quam bestiam cum decem cornibus<sup>75</sup> esse diximus.

Quia Antichristus suo tempore inter decem reges Romanorum, qui non unus post unum sed uno tempore regnantes, inter hos decem, undecimus apparebit. Et decem tribus occisis super reliquos septem in omni mundo Octauus principatum tenebit. Et hec bestia, que fuit et non est et uentura est.

Miscet nunc Apocalipsis praesens preteritum et futurum, in quo tempore una esse bestia cum septem dicitur capitibus, descriptis uero capitibus, dicit in solidum : **Et bestia que fuit et non est, et ipsa octaua est** [Ap 17,11]. Id est sicut et capud<sup>76</sup> genus quod est generale huius modi [fol. 191v<sup>o</sup> b] misteriis non seruatur<sup>77</sup>, propterea dixit bestiam<sup>78</sup> octauam<sup>78</sup>. Sicut deceptione<sup>79</sup> Euę serpenti<sup>80</sup> dicitur, inimicitias<sup>81</sup> ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneum eius. In una muliere totum semen eius comprehendit, sic in bestia totum semen ab initio mundi usque in finem. In uno enim totum ostendit corpus. Sicut reuelabitur<sup>82</sup> homo peccati, filius perdicionis Antichristus. Subtiliter autem ostendit que sit altera bestia que fuit et non est, dum de ista dicit, et ipsa octaua est ; id est sicut ille qui post septem uisus est ueluti occisus, et ipse octauus est, et ex septem est, id est sicut

---

71. es corr. en ibus.

72. dies corr. en diebus.

73. reges *maladroitement* corr. en regibus.

74. m suscrit au-dessus du n initial qui n'est pas exponctué.

75. cornua corr. en cornibus d'une encre très pale.

76. t final corr. en d.

77. seruantur corr. en seruatur.

78. Tilde ajouté d'une encre plus claire.

79. deceptae corr. en deceptione.

80. ad serpentem corr. en serpenti.

81. ci ajouté par erreur en interligne.

82. bi ajouté en interligne d'une autre encre.



ille qui licet post septem uisus est et uelut occisus resurrexit,<sup>83</sup> tamen ex septem, id est ex mundi regibus est, ita et bestia qui licet alterius sit professionis quod Christo se atque ei conmortuum dicat, id est in penitentiam mactet, tamen octauus est ex septem corpus illius octaui, qui inter septem uisus est quasi occisus et uiuus, omnes unius corporis esse dixit sub diuersa professione. **Et ipse octauus est et ex septem est, et in perditionem uadit** [Ap 17,11].

Id est ipse ex septem supradictis est sicut caput in cuius corpus et edificationem nascens in perditionem uadit. *Fuit inquit et non est et ipse octauus est et in perditionem uadit* [Ap 17,11]. Miram rem cum dicat<sup>84</sup> inquit, fuit et non est, et octauus<sup>85</sup> est. Si illo tempore non fuisset, dicendum erat octauus erit, [fol. 192 a] et ex septem erit, et in perditionem ibit.

Si non fuisset illo tempore hec bestia, ita dicendum erat. Sed quia haec bestia semper moritur et semper nascitur, et semper uentura est et semper in perditionem itura. Proinde dictum est fuit et non est et uentura est et in perditionem uadit.

Octauum uero dixit non solum ordine quod post septem uisus est, sed iste octauus qui in bestia dicitur est, semper in misteriis spiritualiter intellegendus est, quia in pseudopropheta et sacerdotibus ypocritis, subtiliter in religione sub Christi nomine nuncupatus est, et ex septenario numero primus ipse est et post septimum ipse dicitur esse octauus. Vt sicut dies dominicus dicitur primus, et post septimus, ipse primus reperitur octauus, ita et iste primus dicitur octauus. Primus, quia primam cathedram sacerdotalem inuadit. Octauus, quia ex septem capitibus est, id est ex septem mundi principibus in septenario numero perfectio est, sed tamen unum est. Vt puta una ebdomada est, que per septem dies est. Sicut septem candelabra ex uno robore in tabernaculo testimonii, id est in uno Christo septem Aecclesias, hoc totum unum est. In septem namque demones post primam perfectionem diaboli ostendit. Non enim in septem est perfecta nequitia, cum unus habuerit legionem.

Octauum itaque ueluti occisum et curatum, diabolus dicit et corpus eius. **Menti-** [fol. 192 b]-entes Dominum nostrum Ihesum Christum et corpus eius, in quo numero omne corpus ex<sup>86</sup> perfectione aduersitatis ostendit.

Corpus quoque Domini in hac perfectione septiformis gratiae deuorat inimicos suos intestinos, et in finibus terrae quique in terram eius et montes inrepunt, sicut per Micheam predicatum est.

Pascet, inquit, in uirtute gregem suum Dominus, et in gloria nominis Domini Dei eorum abundabunt, propter quod nunc magnificabitur usque ad fines terrae et erit iste pax. Assirus<sup>87</sup> cum uenerit in terram uestram, et cum ascenderit in montes uestros, et exsurgent super eum septem pastores, et octauus<sup>88</sup> morsus hominum, et pascent Assirium in gladio. Septem pastores et octauus<sup>88</sup> morsus hominum Deus est cum corpore suo septiformi, id est septem Aecclesiarum, totum autem unum est, et Filius hominis est.

83. Deux lettres grattées avant tamen.

84. dicit corr. en dicat.

85. Trou ovale dans le parchemin entre octauus et est.

86. ex ajouté en marge d'une autre encre.

87. Assirius corr. en Assirus.

88. octo corr. en octauus par ajout interlinéaire sans exponctuation.

Propterea dixit octauus<sup>88</sup> morsus hominum, istud<sup>89</sup> corpus hereditatem gentium et possessionem terminos terrae, in quibus pascit Assirium in uirga ferrea, et ut uas figuli comminuet eos. **Et decem cornua quę uidisti, decem reges sunt** [Ap 17,12].

Non dixit decem cornua, sed et decem cornua quę uidisti, dicendo, et decem cornua decem regna sunt.

Ostendit, et capita et cornua unum esse. Capita enim et cornua et reges sunt et regna, quia nec uerum [fol. 192v° a] sine se esse potest. Angelus denique Danieli<sup>90</sup> in hoc numero nunc reges, nunc regna manifestat, dicens : **Decem uero cornua decem regna insurgent. Post quę<sup>91</sup> regna rex alius orietur, ipse quoque supergredietur, ceteros pristinos malos ostendit in decem regnis, et decem reges dixisse, id est omnes. Sic<sup>92</sup> nunc et decem cornua quę uidisti decem regna sunt. Qui regnum nondum acceperunt** [Ap 17,12]. Quod etiam ex genere decadum ostendit unum esse, dicendo regna *qui regnum nondum acceperunt*. **Sed potestatem quasi reges una hora accipiunt, post bestiam** [Ap 17,12]. Hoc loco istos decem reges spiritualiter intellegendo. Decem etenim reges omnes omnino homines dicit a Christi passione usque in finem, in quorum cordibus uitia dominantur. Necdum, inquit, regnum acceperunt, quia necdum consummata sunt. Hoc enim agitur qui accipiunt dixit, quia non dixit accipient. Post bestiam uero quod dixit, id est post caput illud<sup>93</sup> quod occisum uixit, id est post imitationem Christianitatis.

Tempus enim describit a Christi passione et infra, quod horam appellauit, hora enim aliquando omne tempus est, sicut alio loco dicit : nouissima hora est. Quasi reges autem dixit, quasi aliquando somnium renuntiantis est. Quasi uidebam in hac nocte illud<sup>94</sup> et illud<sup>94</sup>. Quia ueluti in somnis regnant, qui Christi regno aduersantur. Sicut per Eşayam dicitur : Erunt, inquit, sicut somnia in somno [fol. 192v° b] diuitiae<sup>95</sup> omnium gentium quotquot exercitum duxerunt super Iherusalem, et presserunt illam. Et erunt sicut qui in somnis manducant, et expertis eis superuacuum est somnium. Et quasi qui somniat qui sitit et quasi bibit, et expergefactus adhuc sitit anima eius<sup>96</sup> inane<sup>97</sup> sperabit.

Ita erunt diuitię omnium gentium quotquot exercitum duxerunt super Iherusalem, et super montem Sion. Si semper regnum gentium uelud<sup>98</sup> in somnis fuit, multo magis postquam lapide Christo de monte sine manibus absciso percussum in pedibus ferreis, et in puluere tritum subiectumque pedibus Filii hominis, atque in seruitute traditum est. **Vnam sententiam habent** [Ap 17,13]. Certe quia hos decem reges spiritualiter hoc loco disserimus et decem pro perfecto ponimus, et hos decem reges omnes omnino superbos et malos esse diximus ; et hii omnes unam sententiam habent. **Habent** dixit, non habebunt.

---

89. d ajouté en interligne d'une autre encre.

90. o final corr. en i.

91. quas corr. en quę.

92. Lettres grattées entre sic et nunc.

93. d ajouté en interligne.

94. illut corr. en illud.

95. Lettres grattées avant omnium.

96. Lettres grattées avant insane.

97. s final gratté.

98. uelut corr. en uelud.

Si hoc loco de praeterito diceret, aut de futuro, dicendum erat, habuerunt aut habebunt.<sup>99</sup> Sed quia cotidie in Ecclesia geritur, proinde dixit : unam sententiam habent.

Et quemadmodum sint unius consilii exposuit dicens : **Et uirtutem et potestatem suam, bestiae dant** [Ap 17,13]. Id est diabolo, cuius ministri sunt, et cuius uirtus et regnum in eis principantur, et quia de praesenti dictum est. Propterea dixit, dant quia non dabunt. Hoc regnum diaboli inde dicitur. Quia agnus semper aduersatur, qui a simplicibus et rectis corde, quod ille non habet aliis inuidetur. Sed [193 a] cotidie ab agno superatur, quia<sup>100</sup> ab eius patientia<sup>101</sup> confunditur.

#### INCIPIIT DE AGNO ET BESTIA SVPERATA.

**Hii**<sup>102</sup> decem reges cum agno pugnabunt, et agnus uincet eos ; quoniam Dominus dominorum est et rex regum, et qui cum eo uocati et sunt<sup>103</sup> electi et fideles. Et dicit michi : Haec uides, ubi mulier sedet, populus et turbe sunt, et gens, et lingue, et decem cornua que uidisti hii odio habent et desertam eam fatient, et nudam, et carnes eius commedent, et ipsam comburent<sup>104</sup> igni, Deus enim dedit in corde eorum facere sententiam eius, et dare regnum suum bestie, usque dum finiantur<sup>104</sup> dicta Dei. Et mulier quam uidisti est ciuitas magna, que habet regnum super reges terrae [Ap 17,14-18].

[fol. 193 b et 193] **Illustration** : Triomphe de l'Agneau sur les rois (Ap 17, 17-18) : **Les Rois** :

Sur deux demi-registres et un registre, 2+2+6 Rois couronnés, avec lance et bouclier.

Sur un registre, 20 hommes d'armes avec lance et bouclier.

[fol. 193v°] **Illustration** : **Triomphe de l'Agneau sur le Faux prophète et la Bête** (Ap 17, 17-18) :

Registre supérieur : l'Agneau dans un cercle d'or au milieu d'étoiles : AGNUS.

Registre médian : Un guerrier nimbé décapite le Faux-prophète dont la tête roule sur le sol : *au-dessus, sur un bandeau* : HIC OCCIDITUR PSEUDOPROPHETA PUGNANTE AGNO ET EXERCITU EIUS.

Registre inférieur : Un guerrier nimbé décapite la Bête, le Démon tombe à la renverse, le Serpent rampe sur le sol : *au-dessus, sur un bandeau* : HIC OCCIDITUR BESTIA DIABOLUS QUOQUE ET DRACO UINCUNTUR ; *sur le fond de l'image* : BESTIA TRUNCATUR ; DIABOLUS UICTUS ; DRACO PROSTRATUS.

[fol. 194 a]

#### INCIPIIT EXPLANATIO SVPRA STORIE.

99. Deux lignes grattées, dont le texte ne se trouve pas dans l'édition de Sanders. Sans doute s'agissait-il d'une répétition.

100. a ajouté en interligne.

101. e final gratté.

102. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

103. sunt ajouté dans la marge.

104. n ajouté en interligne.

**Hii** <sup>105</sup> **decem reges cum agno pugnabunt** [Ap 17,14]. Et quia supra in decem regibus, omnes omnino malos comprehendimus. Hii cum agno pugnabunt, quod est Christus et Ecclesia, unum corpus pugnabunt usque in finem ; donec regnum omne percipiant, semper Ecclesie aduersabuntur. **Et agnus uincet eos, quoniam Dominus dominorum est et rex regum, et qui cum eo uocati et electi et fideles** [Ap 17,14] sunt <sup>106</sup>.

Vocati ad fidem multi sunt, sed electi qui Aecclesia faciunt, pauci repperiuntur.

Propterea dixit et electi, quia non omnes uocati electi sunt. Sicut Dominus dicit : multi uocati, pauci uero electi. **Et dicit michi :**

**Haec bestia quam uides, ubi mulier sedet, populi et turbę sunt et gentes, et lingue.**

**Et decem cornua que uidisti, hii odio habent meretricem** [Ap 17,15-16]. Id est semedipsos inuicem rodent, dum unus alium ad scandala prouocat <sup>107</sup> ; se inuicem odient <sup>108</sup> dum nullus nulli bonus est, et alio modo unusquisque se odit, sicut dictum est : **Qui amat animam suam, perdet illam, et amat iniquitatem, odit animam suam ; sicut dicit : Et desertam facient et nudam** [Ap 17,16]. Deserta anima dicitur, qua a Deo per opera mala deseritur, et cum deseruntur homines a Deo, ipsi per iram Dei desertum fatiunt mundum cui <sup>109</sup> dediti sunt, et iniuste utuntur. **Et carnes eius commedent, et ipsam comburent igni** [Ap 17,16]. Quod est unusquisque se inuicem deuorant, et ut carnes alterutrum se lacerant, et cum <sup>110</sup> omni bono euacuati fuerint, gehenne ignibus comburendi traduntur, et adiecit causam : **Deus enim dedit in corde** [fol. 194 b] **eorum facere sententiam eius** [Ap 17,17]. Id est, excitauit facere ea que <sup>111</sup> mundo iure merito inrogare decreuit, et facere sententiam unam, id est perditionem reddere unicuique secundum opera sua ; quia <sup>112</sup> meritis suis unusquisque operatur quod diaboli uoluntate proficiat, quem regem sibi esse demonstrant sicut dicit : **Et dare regnum suum bestiae, usque dum finiantur Dei** [Ap 17,17]. Id est diabolo parare, donec impleantur scripturae. In quarto regno ferreo quod est Romanorum, terram consummare, sicut in Danieli <sup>113</sup> legimus. Quartum erit regnum super terram quod istis omnibus regnis praeualebit, et uniuersam terram deuorabit, et euertet eam et delebit. **Et mulier quam uidisti est ciuitas magna, que** <sup>114</sup> **habet regnum super reges terrae** [Ap 17,18]. Quod est mulier, hoc ciuitas, hoc reges terrae, omnia haec unum corpus est. Sic etiam de Aecclesia dictum est : **Ueni, ostendam tibi mulierem agni** [Ap 21,9]. Haec mulier Aecclesia est. **Et ostendit michi ciuitatem descendentem de celo** [Ap 21,10]. Quam cum describeret, dixit : **Et reges terre erunt gloria** <sup>115</sup> **sua** <sup>116</sup> **in eam** [Ap 21,24] <sup>117</sup>. Mulier agni et ciuitas, et reges terrae, una Ecclesia est, et

105. Initiale rehaussée de couleurs fortement rentrante sur trois lignes.

106. sunt ajouté dans la marge d'une encre noire.

107. n gratté avant le t final.

108. i ajouté en interligne d'une encre plus claire.

109. dum corr. en cui.

110. in gratté après cum.

111. qui corr. en que.

112. quae corr. en quia.

113. o final corr. en i.

114. qui corr. en que à l'encre noire.

115. m final gratté.

116. Tilde gratté sur a.

117. Tilde ajouté d'une encre plus claire.

unum corpus est. Ecce duæ <sup>118</sup> ciuitates, una Dei, et una <sup>115</sup> diaboli. Et illa mulier dicitur, quæ <sup>119</sup> in utraque reges terrae ministrat. Et agnus Eclesiæ dat potestatem qui est Christus, et uirtutem suam et gloriam suam ei <sup>120</sup>. Et draco qui est diabolus, et uirtutem suam et potestatem [fol. 194v° a] suam Aecclesiæ suæ id est congregationi <sup>121</sup>, maligne dat, et est bestia agno semper contraria. Agnus habet septem oculos et septem cornua, et ille octauus dicitur quasi occisus, quia solum in carne, non in anima et diuinitate est mortuus. Et dicitur in septem cornua, id est in septem Eclesias, quasi occisus, et resurrexit. Ita e contrario bestia inuidens agno septem sibi abtauit capita, et ipsa est octaua, quæ imitatur agnum, qui dicitur quasi occisus et resurrexit. Hoc caput octauum intra Eclesiam tenet primatum, cum per pseudosacerdotes et ypocritas sub simulatione sanctitatis agnum praefert ad foras <sup>122</sup> quasi occisum, et intus occultat rapacem lupum. Sed cum commotionis occasione contra Aecclesiam insultatur, continuo agnina pellis exiuit, per quam agnum simulabatur. Haec quæ diximus, perspicue putet duae ciuitates esse, et duo regna, et duos reges, Christum <sup>123</sup> et diabolum <sup>123</sup>. Et ambo super utrasque ciuitates regnant. Omnis enim quisquis in regno diaboli est, iugo uoluptatis suae premitur, dum unusquisque libidinem dominando <sup>124</sup> corruptus gradu suo inferiorem tyrannidem crassatur, sicut in euangelio Dominus dicit: Scitis <sup>125</sup> quoniam qui putant principari gentium dominantur earum; et maiores earum dominium exercent in eas. Non ita est in uobis, sed qui maior uestrum uoluerit esse, sit uester minister. Sicut Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Hae <sup>126</sup> duae ciuitates una [fol. 194v° b] seruit <sup>127</sup> mundo, et una seruire desiderat Christo. Una in hoc mundo regnum cupit tenere, et una ab hac mundo fugire. Vna tristatur, altera letatur. Vna flagellat, altera flagellatur. Vna occidit, altera occiditur. Vna ut iustificetur, altera ut impiae agat adhuc. Hae utraque ita laborant in unum. Vna ut habeat unde coronetur, altera ut habeat unde damnetur.

Hic facit finem, et recapitulat a tempore futurae pacis clarissime prædicationis cum magna potestate omnes inluminabuntur <sup>128</sup>.

Ita adiecit dicens, quae postea uidit.

EXPLICIT LIBER NONVS.

---

118. duas corr. en duæ.

119. et illa mulier, et in gratté et remplacé par quæ.

120. dat gratté.

121. ni ajouté en interligne d'une autre encre.

122. de foris corr. en ad foras.

123. us final corr. en um.

124. o final corr. en i.

125. Scitis est suivi en fin de ligne du signe d'interrogation.

126. haec corr. en hae.

127. seruit ajouté dans la marge d'une autre main.

128. inluminantur corr. en inluminabuntur par grattage du n et ajout de bun en interligne.